

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1640

Autre(s) référence(s) : Fauroux 197 / Tabuteau 249

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Saint-Martin-de-Boscherville, Saint-Georges de Boscherville (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1050-1066]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard confirme aux chanoines de Saint-Georges de Boscherville l'église du lieu avec ses dépendances, et diverses terres dont une au Tilleul-[Folenfant] ; la duchesse Mathilde leur cède à Brunetot, vingt acres de terre et trois alleutiers.

Le duc confirme aussi les acquisitions suivantes faites par les chanoines : Mansum Turgoti à Boscherville et diverses parcelles au même endroit ; à Montigny, trente acres de terre arable ; l'église Sainte-Hélène avec sa dîme ; la dîme de Estaindrat sur la Seine, à Branville une charruée distante de Rouen de deux milles ; la dîme du moulin sur la rivière du Bec ; la dîme de Tourville-sur-Arques ; une acre à Crasville-[la-Mallet] et l'église de ce lieu dans le Talou avec le tiers des gerbes de la dîme (cum tertio manipulo decime) : ensuite, les chanoines obtinrent la dîme de cette église et cinq autres acres avec un bordier à Abbetot.

Raoul, précepteur et chambellan de Guillaume le Bâtard, reconstruisit l'église de Saint-Georges de Boscherville, et le jour de la dédicace lui concéda les biens suivants : l'église d'Abbetot avec la dîme ; la dîme de tous les essarts anciens et nouveaux entre Abbetot et [Saint-Martin de] Colbosc ; l'église de Gromesnil avec sa dîme ; à Harfleur et à Leure deux poids de sel par an ; l'église de Radicatel avec la dîme ; l'église de Boudeville avec diverses dîmes ; Baudribosc et des dîmes ; dix acres à Quévillon ; plusieurs pièces de terre à Boscherville ; un moulin à Déville-[lès-Rouen] et toutes les possessions de Raoul le Chambellan à [Saint-Pierre] de Manneville, à l'exception des chevaliers ; toutes ses possessions à Houdetot ; enfin tout ce que Raoul avait possédé ou acquis sa vie durant, en or, argent, bétail.

D'autre part, les chanoines ont reçu la dîme et l'église d'Auberville (auj. Sainte-Hélène-Bondeville), la dîme et une hôtise à Louvetot, et la dîme de Clainville ; l'église d'Hénouville et trois acres de terre au même endroit ; quatre acres de prés à Boscherville ; la dîme de Neuville et de Morsan, le droit de pêche pour une senne à Bardouville, avec deux acres pour la maison du pêcheur ; ils ont reçu aussi divers biens, dont un pré au Mesnil, des dîmes à Quévillon et Boscherville, l'église Saint-Étienne de Beaucamp ; l'église de Saint-Léger d'Anxtot et plusieurs pièces de terre. Ces biens furent donnés du vivant de Raoul le Chambellan.

En outre, les chanoines ont acquis à prix d'argent la dîme de Manneville, la dîme [de Saint-Maurice] d'Etelan ; la dîme de Lamberville et de Pavilly avec des terres et un droit de pâture ; une dîme à Honguemare-[Guenouville] ; une dîme à Bourg-Achard, échangée ensuite par les chanoines contre celle de Sahurs ; la dîme de Boucourt et du Mesnil ; une dîme à Boudeville.

Enfin, les chanoines obtinrent en donation des terres à Boscherville et à Montigny.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°197, p. 379-385.

Dissertation critique

1050 env. - 1066. Après le mariage du duc Guillaume en environ 1050 avec Mathilde qui souscrit cet acte (voir FAUROUX, p. 380).

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Willelmus gratia dei Normannorum dux, cunctis fidelibus pacem et salutem in Domino. Si ad superne remunerationis premium spectare credenda sunt ea quecumque a fidelibus christianis ecclesiis Dei conferuntur in usus famulorum Dei, sive in agris, sive in aquis, in vineis quoque, silvis et pratis, sive in mancipiis et peccoribus, necnon in rebus mobilibus aut immobilibus, si inquam talibus donis premia eterna reposita sunt apud Deum, nichilominus beate immortalitatis fructum sibi parare creduntur illi quicumque ecclesiarum Dei privilegia firma sui stabilitate consistere fecerint, aut qui alienata in jus et possessionem ecclesie restituerint. Sed et nos non pusillum ad temporale regnum nostrum proficere credimus, si in cunctis necessariis ecclesie Dei diligentiam adhibuerimus. Proinde cure nobis fuit ecclesias que in regno nostro hucusque bellorum civilium incursionibus depopulate sunt revisere, et que male direpta sunt reformare, que autem illesa manent, nostre sanctionis privilegio confirmare. Hujus rei gratia confortatus, in loco super Sequane fluvium Baucheri villa dicto, ecclesiam in honore sancti Georgii martyris consecratam, cum appenditiis ejus, id est decimam de eadem villa, et circumjacentes terras quas canonici ejusdem loci emerunt in alodium, eidem ecclesie eis possidendas assigno perpetuo jure, qui, ut peccatorum meorum onus allevem, terram Bertranni porcarii mei dedi eidem ecclesie in stipendia canonicorum, sed et terram de Tillol, quam pro requie Richardi anime ipsis concessi. Uxor quoque mea pro retributione justorum eisdem allegavit in Brunetot .XXti. acras terre et tres alodii possessores. Ea vero que emerunt eis habenda confirmo, id est mansum Turgoti, quem comparaverunt a Ricardo filio Goscelini centum solidos, qui est situs in loco quo prefata ecclesia viget, et in eadem villa .IX. acras terre arabilis, et .III. acras prati, quas dedit eis Ricardus filius Gauterii in prebendam pro filio suo ; et in villa que vocatur Monteni .XXXa. acras terre arabilis, quas comparaverunt a Willelmo filio Teobaldi ; simili modo ecclesiam Sancte Helene cum decima quam dedit Ricardus filius Goscelini ad mensam canonicorum, necnon et decimam de villa que vocatur Estaindrat, que est super ripam Sequane ; et in Brant villa terram ad unam carrucam, que distat duobus milibus ab urbe Rothomagensi, que terra erat in vadimonium propter octo libras denariorum, quos postea persolverunt canonici ; et decimam de molendino qui est super fluvium qui vocatur Libec. Propter decimam de villa que vocatur Torvilla, dederunt idem ipsi Ricardo filio Goscelini quinquaginta solidos denariorum, et uxori ejus decem solidos, et Rogero preposito eorum tres solidos, teste Ascelino et Herchemboldo. Dederunt quoque Hugoni de Guizvilla .X. solidos, favente Albereda uxore ejus, et filiis eorum Roberto et Willelmo propter unam acram terre in villa que dicitur Crasvilla, scilicet terram quam tenuit Truchet jocular, teste Ewruino, Willelmo, Garnerio. Garnerius frater Giraldi dedit Sancto Georgio servientibusque illi ecclesiam cum tertio manipulo decime de villa que dicitur Crasvilla in consulatu Talou. Post mortem vero ejus dederunt idem canonici Hugoni de Guizvilla, in cujus manum honor redegerat, precium novem librarum nummorum, videlicet denariorum et equorum, propter eam partem quam in eadem ecclesia habebat. Filie siquidem Giraldi dederunt .XXXa. solidos, Guidoni Turstino que fratri ejus .XXX. solidos propter eam partem quam in supradicta ecclesia habebant, teste Gillelmo filio Hugonis, et Malgerio filio Toroldi, et Radulfo Hastenc. Pro concessu decime jam dicte ecclesie, et pro .V. acris terre in Crasvilla, et pro uno border in Abetot, dederunt ipsi .XXXa. solidos Gauterio de Bec. Radulfus autem meus magister auleque et camere mee princeps, instinctu divino tactus, ut in vera petra esset fundatus, ecclesiam supradicti martyris Christi Georgii que erat parva reedificare a fundamentis inchoavit, et ex proprio in modum crucis consummavit, officinasque ibidem Christo famulantibus necessarias fabricare fecit. Qui, ut seipsum templum sanctum Domino consecraret, eandem ecclesiam dedicare fecit, et hec in dedicatione, uxore ejus et filio ejus Radulfo et Rabello coram astantibus, ad stipendium ecclesie atque canonicorum habenda signavit : scilicet in villa que dicitur Abetot ecclesiam, cum tota decima et tres acras terre, ac de veteribus novisque essartibus qui sunt inter ipsam villam et Colebosc totam decimam, et .IIIor. acras terre que dedite fuerunt in dedicatione ecclesie ville Abetot ; ecclesiam nec ne de Germuntmaisnil cum tota decima, et .X. acras terre, ac decimam suarum ovium illius ville ; in Herufflueth quidem et Lure .II. acras pensas salis omni anno ; quin et ecclesiam totam de Ratheri castro, et decimam terre

atque pratorum, ecclesiam itaque Bodiville, ac decimam totam sue carruce et corveie, et precum, et nemoris, et essartivium, et Balduizbosc ; — hanc extremam, post donum Radulfi camerarii nostri, Radulfus de Balduizbosc voluit subtrahere, sed penitencie causa sue minorande, donum ejusdem Sancto Georgio fecit, teste Alverado presbitero — ; et in supradicta villa decime tercium manipulum de rusticis, ac decimam bercherie et vaccarie, et .X. acras terre preter alodium sancti apud Chevillon, .VI. acras prati de suo alodio, et in Bauquervilla terram Ingulfi patris Hoelli, et terram Turgerii, quam pater ejus Giralduus et sui fratres dederunt eidem sancto, unum quoque molendinum apud Daevillam decimamque equarum suarum. Omnia quippe que ipse Radulfus habuit in Mannivilla, sive in ecclesia, vel in terris, seu in pratis, aut in aquis, domibusve, et peccoribus ac decimis, absque militibus, canonicis habenda delegavit. Quecumque ergo in Holdetot idem ipse habuit, ipsis et contradidit, id est ecclesiam, terram, et nemora, et in fine omnia que in vita possederat et ei accidebant, in auro, argento, peccoribus, ornamentis, et in aliis quibuscumque rebus canonicis possidenda concessit. Hec igitur Ricardus filius Goscelini eisdem dedit : decimam et ecclesiam de villa que dicitur Osbertivilla, et decimam, et unum osticium in Lovetot et decimam de Clivilla, et ecclesiam de Hainovilla, omne benefitium quod tenuit Goscelinus sacerdos ab eo et supradicto beneficio, .III.es acras terre in Hainovilla, et in Bauquervilla.III.or acras pratorum, et decimam de Novavilla et de Morchent tocium terre sue, aquam vero ad piscandam contra Bardulfi villa ad unam sagemam, et .II.as acras ad habitaculum piscatoris. Canonicis autem dedit Fulco filius Tetbaldi in alodium .III.or acras pratorum, Guillelmus filius Tetbaldi unam acram prati, Hugo gener Garneri.I. acram, Fulco filius Osmundi.I.a acram, Rogerus Gula martre.I. acram, Ernardus .I. acram, Ricardus .I.a acram, Redulfus sacerdos fratresque ejus partem pratorum quam habebant ad Maisnil, Radulfus canonicus .II.as acras de sua terra, et .II.as acras prati, Paganus filius Osmundi totam decimam terre sue quam habet in villa que dicitur Chevillon et in Bauquervilla, et hii sunt testes Ascelinus, Sauvalus, Erchenboldus filius Sauvali. Tanculfus, Ricardus, Radulfus vendiderunt .I.a acram terre in alodio, ipsis testibus Sagualo et Ascelino. Fulcho filius Tetbaldi vendidit eisdem .II.as acras terre in alodio .XVI. solidos, teste Ricardo Raiola, Ingulfo, Ermenero. Gillebertus filius Manni vendidit ipsismet .I.a acram terre et .II.as acras prati in alodio .XVIII. solidos, teste Ricardo Raiola, Erchenboldo. Filii necnon Radulfi, scilicet Radulfus, Nigellus, Willelmus et Avitia mater eorum dederunt eisdem pro anima Radulfi ecclesiam Sancti Stephani que sita est in villa que dicitur Belchamp, et .XV. acras terre et totam decimam carruce sue, et omnium qui laborare possunt corveia et prece, et totam decimam de liberis hominibus, et terciam partem de rusticis, similiter et ecclesiam Sancti Leodegarii, que constat in villa que dicitur Ansoltot, et .VI. acras terre quas dederunt viri qui in beneficio tenent villam, Osbertus de Malgenci, Guillelmus filius Ewardi, Robertus Li palliers, et totam decimam de liberis, et terciam partem de rusticis, tali conventu ut aliud non reddant servitium tantum pro anima Radulfi et antecessorum et successorum ejus, Domino reddentes preces supplicationum. Hocque firmatum est, vivente (sic), audiente et annuente Radulfo filio Geraldi uxoreque et filiis ejus Radulfo et Rabello. Horumque testes sunt, Robertus de Brunvilla, Giralduus Trube, Goscelinus nepos, Urso de Abetot, Robertus de Watevilla, Herleboldus venator. Goiffredus filius Pagani et Albereda mater eis dederunt pro anima ipsius Pagani.I.a acram prati. Radulfo de Tuberti villa dederunt idem .VII. libras denariorum, pro decima de Mannivilla. Gulberto et uxori ejus Ermentrudi, dederunt illi .XI. libras pro decima de Esteilant agrorum et nemoris, et pro duobus manipulis des Mares de Insula, teste Normanno Peignart, Alando filio ejus, et Trenchart et Martello, et Radulfo coco, Farmano presbitero, Hugolino filio Hilberti, Odone. Pro una quoque acra terre, et una domo, Willelmo de Paviliaco et Hugoni fratri ejus dederunt .III.or.XX.ti libras denariorum pro decima Lamberti ville et supradicte Paviliaci et pro .LX.a acris terre in alodio, et pro communi pastu et eorum et hominum ipsorum pecudibus, et pro vocatione ad decimandam terram, teste Giraldo dapifero, Roberto filio ejus, Guillermo Hagueta, Ascelino preposito, Rogero filio ejus, Leudo presbitero, Radulfo coco, Guillermo de Nevilla, Radulfo buticulario. Apud Lambertivillam, pro .X.cem acris terre dederunt istimet .La.VIII.o solidos Goisberto in alodio. Radulfus et Gauterus monachus pro anima patris eorum Roberti Galfre dederunt eisdem .II.as acras terre. Matildis regina .X.cem.VIII.o acras Goisberti dedit ipsis in alodium, eo annuente cum filiis ejus Roberto, Gisleberto. Radulfus filius Ansfridi Main soz Main et mater ejus ipsis dederunt .III.es acras terre et prati. Dederunt et ipsi canonici .III.es libras denariorum Radulfo filio Normanni pro decima sui alodii de Hanguemara. Hi quoque dederunt .XXX.a solidos Lamberto filio Bernuci pro decima terre quam habet in nemore Achardi, et pro duabus acris terre. Aszor decimam terre quam habet de camerario Salhus dedit ipsismet in commutationem pro decima nemoris Achardi quam ipsi canonici ab eo comparaverunt .XXX.a solidos, sed hanc minime habuerunt. Decimam de Bulcolt et de Maisnil dedit Guigerus et filius ejus Willelmus, ipsis annuentibus viris qui in villa manent, Hoel et fratribus ejus. Hugoni filio Goscer dederunt idem .XX. solidos pro decima .LX.a acras terre Bodiville. Terram quam Willelmus tenebat de Monte Tehart in Bauquervilla dedit eisdem in prebendam pro filio suo. Terram Willelmi filii Ingenuulfi cum pratis dedit Radulfus Dalge ipsis canonicis in prebendam pro filio suo. Gauterius de Belmes dedit unam acram terre in Monteneio. Ernardus unam acram terre in Bauquervilla pro anima sue uxoris. Post conventionem vero suprascriptam quam idem canonici cum Willelmo de Paviliaco et Hugone fratre ejus habuerunt, hiis ipse Hugo unus de fratribus jam dictam conventionem violare voluit, sed canonicis jus suum perseveranter queritantibus, isdem Hugo ab ipsis unam capam de pallio quietam accepit que erat in vadimonium pro .XX.ti solidis, ut firma inter illos jam dicta maneret conventio, et de hoc ipsemet super altare

Sancti Georgii donum posuit, testibus Radulfo Barentin, Rogero preposito ejus, Leudo filio Goscelini, Fulchone dispensatore canonicorum, Guillermo de Maisnil. Post hec omnia idem ipse Hugo conventionem corrumpere voluit, unde me petierunt canonici, precepique ut coram Geraldo dapifero meo firmaretur eorum conventio, quod factum est, dantibus canonicis ipsi Hugoni. La solidos in fine, illoque annuente decimam tote sue terre de Paveliaco que eidem Paviliaco pertinet quisquis eam laboret decimamque omnem de suo dominio, videlicet carrucarum pecudumque suarum. Et de hoc fuit Leudo sacerdos conventionator, teste Geraldo dapifero eodem, Roberto filio ejus.

Signum Willelmi + ducis Normannorum. Signum Matildis uxoris ejus. Signum Radulfi camerarii. S. Giroldi dapiferi + S. Willelmi filii Osberni + S. Rogeri de Bello + Monte. S. Rainoldi capellani.